

incarnationis et passionis. Quasi : Ne pressura tri-
bulationis ipsa formidine acumen doctrinæ ob-
tundat.

A VERS. 23. — *Pax fratribus. Pacem optat eis, quæ
est janua dilectionis.*

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

ARGUMENTUM.

Philippenses sunt Macedones. Hii, accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hoc collaudat sribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum.

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. — *Paulus.* More solito salutationem præmittit; deinde gratias Deo agit pro eis, implorans eis majora bona, ut et in virtutibus crescentes ad perfectionem perveniant. Deinde patientiam in tribulationibus monet exemplo sui et Christi, postea ut caveant a versutiis pseudoapostolorum; tandem admonitionem moralem interserit, et prope finem de gratia, quam sibi Romam per Epaphroditum misserent, gaudere se dicit. *Timotheus.* Hunc apponit, quia eum missurus erat ad illos: propter hoc eum quodammodo commendans, ut eadem quæ scribit ab eo recipient. *Servi.* Servos dixit, ut et ipsi pro Domino ferant dura Christi. Ut contra pseudostent.

VERS. 3. — *Gratias ago Deo meo.* Quasi dicat: Agite quæ agitis, quia talia sunt, unde Deum laudo.

VERS. 5. — *Communicatione.* Per quam vestra communia fecistis, in Evangelio exaltando.

VERS. 6. — *Confidens.* Quasi: Depreco ut stetis, et confido hoc ipsum fieri a vobis quod precor, non autem aliud; sed videte ne frustra confidam.

Perficiet. Ipse ut velimus operatur incipiens, qui violentibus cooperatur perficiens.

VERS. 7. — *Sicut est mihi.* Ita gratias ago, depreco et confido, *sicut justum est sentire*, id est ita velle. Et exponit causam, *eo quod habeam vos in corde*, bonum vobis desidero, sive sim vincitus, sciens vos quoque vinctos, sive defendens Evangelium, quod et vos facitis.

VERS. 8. — *Cupiam omnes vos*, etc. Id est intimo amore Christi, ut ab eo perfecte diligamini, vel eo affectu diligatis Deum et proximos, quo Christus qui animam posuit. Vel hoc refertur ad id quod supra dixit, se desiderare eos esse socios gaudii sui. Et determinat quomodo, scilicet amore Christi, non humano, ut participes habeat in Deo.

VERS. 10. — *Ut probetis potiora.* Id est, ut creascat charitas vestra in scientia, ut probare et discernerere sciatis non solum quæ sunt mala et bona, sed etiam inter bona quæ sint potiora, ut post probationem sitis sinceri in vobis, sine operibus corruptiōnis, et quantum ad proximum, *sine offensione*.

VERS. 11. — *Repleti fructu*, etc. Id est mercede justitiae, adeo ut sitis gloria et laus Dei, ut pro vobis dicatur. *Mirabilis Deus in sanctis suis* (*Psalm. LXVII.*)

VERS. 12. — *Scire autem volo*, etc. Hactenus communiter locutus est, inde ponit specialiter quæ tolerantiam suadeant, scilicet, *Pro vobis gratias ago: Confido.* *Vos autem volo scire*, etc., quasi dicat: Cum ita sitis perfecti, perseverate et cavete, ne tribulationes instantes hanc vestram diminuant perfectio nem, sed exemplum mei respicie.

VERS. 13. — *Ut vincula*, etc. Quia namque patienter quælibet mala sustineo, patet non esse scelus falsitatis quam in me iusta vindicta perceperat, sed quamdam veritatis virtutem quam sustinendi fortitudo magnificat.

VERS. 14. — *Auderent*, etc. Constantia enim ejus multos ita animavit, ut non timerent evangelizare.

VERS. 17. — *Quidam autem*, etc. Convicti in contentione a me, predican secundum quod eos convici debere prædicare. *Ex contentione.* Ex privato odio, quod aliquando mecum contulerunt, et confutati sunt. Et ne viderentur correcti, addit: *Non puro animo.*

VERS. 18. — *Quid enim?* Non prohibet mercenarios, sed permittit, quia et ipsi utiles sunt ad aliqua. C *Sed et gaudebo.* Ideo gaudeo de malis meis, vel de prosectori Evangelii, quia inde mihi salus.

VERS. 21. — *Mihi autem vivere Christus est*, etc. Quasi diceret: Merito Christum magnifico sive vita, sive morte, quia *Christus mihi rivere*, id est mili vita hic per fidem et spem, et in futuro per speciem. Pro hac vita mortale corpus tradidit, ut ipsum immortale in æternum recipiat, unde et subdit et mori lucrum.

VERS. 22. — *Quod si vivere*, etc. Christus est mihi vivere, ut eum magnificem. Quod si est, tunc nescio quid eligam, mori, an vivere. Quasi: Nisi hic fructus esset, non dubium quin mori eligerem ut Christum haberem præmium: et ideo, ne dubitetis mori pro Christo.

VERS. 24. — *Permanere autem*, etc. Ecce quod non sibi melius, sed quod multis expedit, eligit, propter charitatem, quæ præ omnibus eligenda est.

VERS. 25. — *Et gaudium fidei*, etc. Id est: Ut de fide vestra gaudeamus, vel ut vos de fide gaudeatis in ea proficientes. Quod non est nisi ubi est munda conscientia.

VERS. 28. — *Et hoc a Deo*, etc. Etiam quod patimini non a vobis est, sed a Deo: quia pro merito Christi qui Patri obedivit, haec inter alias gratias data est vobis.

VERS. 29. — *Non solum*, etc. Utrumque ergo ad Dei gratiam pertinet, et fides credentium, et tolerantia patientium, quia utrumque dixit esse donatum.

VERS. 30. — *Quale et vidistis in me.* Quando nu-

des verberatus sum promulgere pythoissa ut quia spiritum brigandorum exclusi, quae magnum quesumus prestatobat deponit se.

& Christi quæ maximum in passione apparat; nonne de claritate ejus; et quod et quantum humilitas in mercatur ostendit? 13. *ad hanc* modicam *concordiam* *supponit* *et*

CAPUT II.

Versus 1. 2. — *Si qua consolatio*, etc. Si vultis habere consolationem in rebus Christi, id est in remissione peccatorum et in aliis donis; vel si consolari me vultis, si quod solarium charitatis est vobis; id est si vultis ut charitas ecclesiarum que orant et bona agunt pro scatibus, sit vobis solarium et confortatio in adversitatibus vestris. *Si qua societas spiritus.* Propter hanc societatem illi in quos primus venit, Spiritus sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti. *Si qua visceris.* Id est si affectum pietatis habebitis erga me. Non dico ipsam miserationem, id est exhibitionem misericordiae. *Si ista, inquam, vultis vobis prodeesse, implete gaudium meum;* id est estote laudes, carmine, quod eritis si habetis idem sapere, etc. — illi si habent vobis misericordiam, id est

sit nomen Dei; cui omnis creatura fecerit genu; id est Deus. Sed forte dicere tamquam homo adoptio natus Deus esset, et sic Christus ex parte verus Deus, quod ex parte dilophus erit. Adoptivo ab homine Deo non fecerit genu creatura; sed vere Constat natus Christum verum Deum esse, qui fecerit genu, non adoptivum. Tunc ergo ad hanc sententiam respondeamus. Venerabimus Quia dominus, etc. Quidam bic quidam negant, dicentes: Quomodo potes fieri ut bonus sit in gloria Dei Patri? sed si adoptivus sim homo Dees in gloria Dei, Pater esse non potest.

VERS. 3. — *Nihil per contentiones.* Nota conten-
tiones suiae inter eos. *Superiores*, etc. Vere hoc
existimandum, quia potest esse, in alio, aliquid occul-
tum, quo superior sit, etiam si bonum nostrum,
quo videtur superiores esse, non sit occultum.

Vers. 13. — *Deus enim. Neq; de ipsi perseverantia domini volunt. Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriam: qui si non solus dicit adiutorium suum. primo: homini, deinde a sinistra, quod non possunt perseverare si velint, sed in eis etiam operatur et volle, ut quoniam non perseverabunt nisi ei possint ei credere, perseverant in eis et possibiliter ei voluntas divinae gratiae largitatem donentur; Tamen quippe spiritu sancto accenditur voluntas eorum, ut ideo possint quia sic volunt ideo sic velint; quia Deus operatur ut velint.*

Vers. 8. — *Non que sua sunt.* Hic docet quomodo vites contentiones et inanes gloriam, et quomodo arbitrentur alios superiores, scilicet si consideraverint non sua bona, sed aliorum.

rum, qui rectum ordinem depravant et perverterant.
C Quis dictuntur **ratio**, qui non sunt resuati aqua et
spiritu (anemo), sicut **luminaria**. Bona saudos, lumi-
nibus comparat. Sicut enim stellas ecclipsis es-
tinguit nos, sic mentes fidelium abmergit coro
sauro Scriptura: non obscurat annadana imponit.

Quisquisque non querat suum compodum, sed aliorum, ait Christus: Ad patientiam et humilitatem vos invito. Hoc enim debetis invobis sentire, quod in Christo, fuit. Sic ut Christus non quavis situs, sed nostra itam nos in teemperie nostra per tenus impedit, ut nesciamus unde venimus, quia cum

VETS. 20.—*Neminem enim, etc.* Hoc tempore
multi cum Apostolo mercenarij, sicut vero vel passio-
res nulli nisi Timotheus.

Vers. 6. — *Qui cum in forma... Premuit alta de Christo, ut hi in quibus est locus abjectionis non deditgnotur humiliari.* *Nam resipit.* Uscepando quod suum non esset, ut diabolus sit primus homo. Vel, non est arbitratu se iniqualem Deo esse secundum humanitatem, quod esset rapinam facere, id est, non suum praesumere. *Sed semetipsum.* Ostensio altitudine, subiicit de beatitudine. *Et in aliis.* (Act., Ech., c. 36. et 36.) Exinanivit autem se formata serpi accipiens, atque iniquum ad factum est, ut homini Christus nullum posset habere peccatum.

VERS. 21. — *Omnes*, etc. Hi sunt mercenarii, qui sunt tolerandi, quia iudeam, habent in eis quos et pastores, qui utique sunt diligendi. Eures vero, qui falsa praedicant, et latentes, qui occidunt, sunt conveniens. *Amatis* isti, atque *admodum* amant, sed ab aliis, qui in eis adfertur, mortales est. *Ie* et *ca*

*Forimus aeris. Non formam Dei admittens : formam servi accessit, non formam Dei abscessit. Eximuntur. Exiguum est ab invisibilitate, super magnitudinem se visibilium demonstrare non possumus. In aliis. 12 et 13 Vetus. 7. m. *Factus. Spoudum formam sexi, genet ipsiusque secundum formam Dei est. etiam super habemus. Ista est conversatione. in morte. Ihesus erat. Vetus. 8. m. *Humilitatis, etc. (Graec.) Symone. Filius Patri obedivit, non quasi in servilem, etc.***

Deinde quodammodo debeat stare in bello contra tribulationem da exterio. pseudopastebris, ne legatio ad eis resipicitatis trahatur, sed fidem Christi solam sufficiat iesu datis. De sinceritate fidei incipit. Scrutinio. Ut diu in longiori scriptura quam prolatione nobis non habemus in Verso 15. Non enim est id est : Non habemus circumcisio[n]em : hoc voluit dicere Apostolus : Non enim ipsi sibi circumcisio omnia iustitia est. Magis multum commendat dicendo nos esse circumcisio[n]em, id est iustitiam, quam si dicendo nos esse circumcisio[n]em restitutus iustos : eis tamen ut eum iustitiam dicitur esse iustos intelligimus. Qui Scrutinio. Ihesu. Tunc Deo. etc. Notat. Spiniuum Domini. cui latitia aperte

que ad modum omnium maxime Patrum honoravit.

Blave**, pie, Notab, Sp*iritu*u*m*. Domini, q*ui* la*p*ia c*on*s*er*uit**

tur, sed ea servitū soli Creatori exhibenda. Alio-
ceter servitū quae per charitatem habemus servire in-
vicem, quae Graece dicitur *dulia*. *Et nominis carna-
ficationis Caro* p̄seruit, qui de rebus carnalibus
aperabat se p̄dtere Deo. Cum vero et ipsa caro p̄ce-
bosa op̄era spirituū subdit, spirituū seruimus Deo,
qui carnem dominans, ut spiritus obtemperet Deo. *o Nemo* ad te. *Quemque et ego*, etc. *No* videntur
Apostolus: *contempnere* in aliis quod non habet, nec
non posse fidere in carne, subdit: *Quemque*, etc.

Vers. 5. — *De tribu Benjamin.* Tribus Benjamini adhuc Iudei, non recedens a teinplō, quando facta est separatio in servos Salomonis. Fūc enim tribus Iuda quae erat regia, et tribus Benjamini et tribus Levi quae erat sacerdotalis, remanserunt similiꝝ non recedentes a Iesualem et a templo.

Vers. 6. — *Propter Christum.* Nē aduentum Christi ostenderem, vel nondum factum, vel esse superfluum. Iustitia enim in etate hæc omnia impedimenta ne accedentet ad gratiam, ut ea non in aliis modis.

Vers. 7. — *Verumtamen ex ipso.* Non solum propter Christum habendum ita arbitratuſ sum, sed etiam si ipse non possem assequi. *Propter* hoc adiunct, scilicet propter scientiam quam de Iesu habemus, prævenientem, eutoris scientiis. *Ut atercoras* Quasi: Non tantum detinentia bñnum, sed quæ iniquitant fari observantem et h̄c ideo, ut in futuro Christum habeant præmium: et hic sám in illa membris: quod aliter nequā fieri nisi illa testimoniū ut stereora. *O* In templo ininde nraū impetrare.

Vers. 8. — *aleam justitiam* et cetera. Si ex lege est iustitia, quomodo tua? Numquid tu tibi imposuisti legem? Deus legem dedit et imposuit Deus te legi sub obtemperare præcepit. Sed et tua est, quia de legi præsumis tua voluntate le legem posse impetrare testimoniū.

Vers. 9. — *Recte existit.* Non habebit meam justitiam, etc., usque ad quæ ex nostro studio profecta sunt. *Imperat a Deo.* Sed illam, etc. *imperat a Deo*, que tibi timorem, etc., quæ ad omnino tollenda est secundum uniuersam legationem figurarunt. *Justitia in fide.* Justitia scilicet est ens in fide, et sicut ex fide nata est, ita existere non habet, nisi in fide.

Vers. 10. — *Ad cognoscendum.* Subdit commendationem, etc. per huius quæ facit. Facit enim et in aliis vita cognoscere Deum perfecte, qui hic erudit. *de habere resurrectionem*, quæ nostra resur-
reccio est. *Virtus et efficacia resurrectionis Christi*: *Dilecta hæc vita habere societatem in patiendo*: H̄c enim per fidem, nemo tanta patetur, et configurabit mortis, id est ut mortalis, sicut ipso, si op̄us est!

Vers. 11. — *Octuorū.* Deo tribus quæ nraū iudicabunt, per hoc venturas ad resurrectionem. *Vel, occurrat Christo in iudicio* quod sanctorum est tantum, tenet prius ad resurrectionem velant et gloriose, quæ non est inter mortuos, sed longe ex mortuis: quibꝫ sunt omnes resurgent in die iudicii.

¶ *soli tamen iusti gloriose innumerabuntur, et occurrerunt.* Dominus in aesa deportati ab angelis. Impli-
verò manebunt in terra quoque perecipiant terribi-
lem sententiam judicis.

Non quod jam acceperim. Hoc dicit de se, ne illi quos lazarat, ut homines extollantur, sed laborem adderent, ut ipso facit quæ tamquam est: *Sequor me*, etc. *Non passibus corporis, sed mentis affectibus et vitae moribus, ut possim esse perfectus iustitiae possessor: qui recte itinere de die in die spirituali renovatione proficiens, iam perfectus sum ejusdem iustitiae viator.* Perfectus enim erat viator, sed nondum ipsius itineris perfectione pervenit. *Si quo modo comprehendam.* Hoc dicit quia difficile est. Et sic videatur superflua tot pati, cum fidem et

B alia bona habeat, subdit: Meritū pro illa gloria tantum labore, quia Non dico quod jam acceperim alii quid: quia si quid gloria accepi, nihil est ad comparationem futuræ. Aut si quid accepi, ut de cognitione Christi, non dico quod in illa perfectus sum. Et sicut de me quid de aliis?

Vers. 13. — *Quo quidem retro.* Priora acta non quia mala, sed parva ad meritum, sed ad peccata extensus, ut semper proficiat in melius.

Vers. 14. — *Persequor.* Eo usque donec veniam ad destinatum bonum. Superne vocatiois. Id est aeternæ vite, ad quam vocat Deus, et id digna res est, etc.

Vers. 15. — *Perfecti sumus.* Scindamus quod iustitia qua justus ex fide vivit vera iustitia est, que licet non immerito in aliquibus iustis pro his uos vitæ capacitate perfecta dicatur, parva tamen est ad illam magnam, quam caput æqualitas angelorum, quam qui nondum habebat, et propter illam quæ jam habebat, perfectum, et propter istam quæ adhuc deerat imperfectum se esse dicebat. At minor ista iustitia facit meritum, major illa præmium. Ideo qui istam non sequitur, illam non assequitur. Et si quid alter sapit: Id est, si quid melius ad cultum Dei ex cogitatione, letiam hoc donum Dei esse sciatis, quia hoc revelabit vobis. Sed ne qua inde presumpcio orietur, subdit: ad quod pervenimus et item sapiamus: hoc est non extra regulam disciplina sapere, sed quod commune sit et modestum in veritate evangelica. Verumtamen ad Modo imperfecti sumus, modo aliter sapiamus, sed tamen necesse est, ut omnes idem de illo sapiamus, ad quod pervenimus. Ideo et scientia, et in eadem permanamus reguli. Id est, opere compleamus.

Vers. 16. — *In initio crudis.* Qui carnis observantes inducent, crucem superfluum asserunt.

Vers. 19. — *Quorum deus venit.* Est. Quasi in esca salus, ut deus sit ventus et gloriantur. In pueris enim cœlestis quod est virtus sapere, et quidquid faciat, pro ventre faciat. Vel estas quæ ventris sunt, faciunt deum? dum eas justificare homines dicunt, et gloriar colunt in aliis est, unde confundit et reboscere possunt; dum per temporalia se justificant. Itaque gloria eorum temporalis perdidit eos ad confusionem aeternam.

Vers. 20. — *Nostra conversatio.* Id est vivendo et intelligendo simus similes angelis. Unde etiam, id est, praeter commoda quae jam habemus, etiam *Dominum exspectamus*.

CAPUT IV.

Vers. 1. — *Gaudium, et consolatio.* Id est per quos in presenti lætificor et in futuro coronabor. Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister.

Vers. 2. — *Evodiam rogo, etc.* Omnes moneo, sed specialiter Evodiam et Syntichen : quia haec mulieres religiosæ prædicatores suscipere solebant.

Vers. 3. — *Nomina.* Qui discreti sunt meritis diversas mansiones habebunt in æterna domo. Unde : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt (Joan. xiv.). Libro vita.* Prædestinatio in qua omnes salvandi prædestinati sunt. Quasi : Nolite, o Philipenses, graviter ferre quod omnes vos in epistola mea sigillatim non nominavi, quia etsi in ea non estis scripti, in libro tamen vita continemini.

Vers. 4. — *Gaudete, etc.* Lætatus in fide eorum et operibus, Apostolus ut alacriores sint, optat in hoc studio prolicientes gaudere in Domino, et id iterat, ut se in eis vere gaudere ostendat.

Vers. 5. — *Modestia.* Id est rectus modus, ut in Domino sit omne gaudium, et hoc per vos addiscant alii. Vel *modestia nota sit omnibus fidelibus et infidelibus*, ut imitentur ne possint reprehendere. *Dominus prope est*, id est paratus dare quidquid opus est in spiritualibus vel temporalibus. De nulla re siatis solliciti et timidi. Sed petitiones de his quae vultis impetrare.

Vers. 6. — *Sed in omni oratione.* Oratio et obseratio, communiter pro se vel aliis, de quibuslibet, at petitio de rebus nominativis necessariis fit. *Innotescant.* Hæc notitia assiduitate fit, et vigilantia orationis. Tunc demum pax custodit corda in Christo. Hoc ideo dicit, quia qui cum Deo habet pacem, non timet mentem adversam. *Apud Deum.* Vel angelia, qui Deo eas offerunt. Unde : Cum oraretis, orationem vestram obtuli apud Deum. Vel nobis innotescant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per jactantiam.

Vers. 7. — *Et pax Dei,* id est Deus qui est pax summa, quae nec cogitari potest, et ideo extra eum nullo opus est. *Exsuperat omnem sensum.* Nostrum, non eorum qui semper vident faciem Patris. Vel pax qua ipse Deus pacatus est, superat omnem sensum : praeter suum, quia nec nos sic possumus nosse, nec ulli angelis.

Vers. 8. — *De cætero, fratres,* etc. Hactenus contra persecutores et contra pseudoprædicatores monuit. De cætero autem in conclusione, quae ad perfectionem sunt exponit. *Quæcunque justa.* Istud ad proximum. *Sancta, in propria vita;* et ut minus dicitur, *quæcunque sunt amabilia,* id est, amari digna,

A ut modestus incessus, humiliis sermo et hujusmodi. *Bonæ famæ.* (AUG.) Nobis vita nostra, aliis bona fama necessaria est. Proinde quisquis a flagitorum criminibus vitam suam custodit, sibi benefacit; quisquis autem famam, etiam in alios misericors est.

Vers. 10. — *Gavisus, etc.* Hic commemorat, quod sibi saepè necessaria miserant, unde alacritatem suam propensiorem factam ostendit quia in quo negligentes facti fuerant, adhibita solertia iterarunt, ut memores facti apostoli sui fructus emitterent in horreo cœlesti condendos. *Aliquando, etc.* Aliquo tempore, quia non omni potuerunt. *Reformistis.* Ministrando mihi necessaria. Quæ ministratio dicitur flos, quia inde fructus vita æternæ provenit. *Pro me.* Quia mihi prodest vestra compassio. Ne autem B viderentur aliqua mala causa intermisso addit : modo *reformistis*, sed ante eratis occupati et impediti aliquibus adversis.

Vers. 11. — *Non quasi.* Non propter se, sed profectum eorum gaudet.

Vers. 12. — *Scio et humiliari.* Qui penuria non frangitur, a gratiarum actione non retrahitur. Qui rerum temporalium desiderio non accenditur, scit humiliari, id est inopiam pati. *Abundare.* Qui acceptis rebus non extollitur, qui eas ad usum vanæ gloriæ non intorquet, qui solus non possidet quod accepit, sed cum indigentibus misericorditer dividit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris, nec plus carni tribuit quam necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid, unde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire.

Vers. 17. — *Non quia quæro.* Datum est res ipsa quæ datur, ut munus, cibus, potus et hujusmodi. Fructus autem opera bona, et recta voluntas datoris. Unde Dominus in Evangelio non ait simpliciter : *Qui recipit justum vel prophetam,* sed addidit : *in nomine justi vel prophetæ.* Suscipere enim prophetam vel justum, datum est. In nomine justi vel prophetæ hoc facere, fructus est. Eliam pavisse leguntur corvus et vidua. Sed per corvum qui non nomine justi, dato pascebatur, per viduam, fructu, quia sciebat quod hominem Dei pasceret. *Sed fructum.* Id est bonam et rectam voluntatem bonæ operationi adjunctam. Non enim tam gaudet subventum esse suæ necessitati, quam illorum congratulatur secunditati.

Vers. 18. — *In odorem.* Quæ missa sunt a vobis placent Deo ut odor suavissimus. Comparantur etiam orationi quæ est incensum Dei. Unde dicitur : *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. xi).*

Vers. 19. — *Implcat omne desiderium vestrum.* Non in terrenis, sed in gloria. Vel gloria Christi implentur desideria sanctorum, ut ipse Christus inde sit gloriosus.